A Galileam, quia quotidie quosdam sibi vnitos trā-
sire facit ad æternę pacis beatam visionem, & ex
his qui non errauerunt & ex his qui ab errore ad
veritatem redierunt. In eis enim transit in Hieru-
salem, quos sua membra factos, de præsenti seculo
nequam eripit & ad supernę maiestatis, perpetuā
contēplationem perducit. Transit per mediam sa-
mariam & galileam, id est, diuidit per mediū tali
transitu samariam & galileam, per quas vt dictum
est intelligimus iustos & pœnitentes, quia vide-
licet & ex iustis & ex conuersis quosdam eligēs ad
terram viuentiū secum ducit, quosdam autē ex eis
hīc adhuc agonizari permittit. Verbo autē imper-
fecti præteriti dicitur quia transibat, vt detur no-
bis intelligi, quia transitus ipse nondum peractus,
est, sed adhuc agitur. Illaverō pars electorū quę re-
tinetur in huius vitæ laboribus, designatur nō in-
B cōgruē p castellū de quo subditur, quia dū ingre-
derētur Iesus quoddā castellū occurrerunt ei decē
viri leprosi. Nā sancti, iter pericula tētationū hui⁹
seculi instar castelli seipsos intra vallum disciplinę
cauta circūspectione custodiunt. Castellum enim
munitur aduersus hostes & sollicitè custoditur, si-
gnificans ecclesiā inter huiusvitæ discrimina for-
titer vndique clausam atque munitā contra malig-
nos spiritus, & peruigili sollicitudine seruatam.
Quod castellū dicitur quoddā, vt iuxta litterā ne-
sciatur, & iuxta spiritalē sensum cognoscatur. In
quo scilicet spiritali castello. i. in ecclesia semper
est dominus sicut ait suis discipulis, ecce ego vo-
biscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummatio-
Matt. vlt. c nē seculi, sed tamen deesse videtur aliquotiēs, vbi
pmittit iniquos multiplicari, & suū electis suis pa-
lām nō præstat auxiliū, sed tribulationibus & ad-
uersis eos affligi velut à se derelictos sinit. Vnde &
Psal. 9. c illa vox est: Vt quid domine recessisti longe, despi
cis in opportunitatibus in tribulatione. Cū autem
Qui lepro si. deesse dominus videtur, tūc foras tendūt illi q per
decē leprosos figurātur. Multi enim, & aduersita-
tibus fracti volunt à fide recedere & infidelibus se
1. Macha. 1. d iungere quasi dicendo, eamus & disponamus testa
mentū cum gentibus quæ circa nos sunt, vel tēta-
tionibus vitiorum superati, mala tot & tanta fa-
ciunt, vt gentilibus in actione similes fiāt, dum ab
C ecclesiæ viscēribus ad res seculi per desideria foras
tēdūt. Hi sunt enim, spiritaliter leprosi. Qui pro-
pterea dicūtur decem, quia contra dei præcepta fa
ciūt, quæ propter decalogū legis per denariū nu-
merum intelligi solent. Sicut enim obseruatores
mādatorū cælestiū, assequuntur inde mundationē,
& sanitatem animę, sic cōtraria mandatis ipsis a-
gentes, spiritalem contrahunt inquinationē & in-
firmitatem, adeo vt tales in anima fiāt, quales in-
corpore cernuntur qui leprā carnis patiūtur. Qui
tanto magis foras tēdunt, quanto peruersius agūt,
& ita fiunt hæc, dum Iesus abesse videtur. Fit au-
tē plerūque per respectum diuinæ gratiæ, vt do-
minus ipse Iesus ad hoc ecclesię castellū palām ve
nire & ingredi videatur, subito scilicet tribulatio-
nes sedans, populūq; suum à prauitatibus cōuer-
tens, & magnum religionis incrementū ei largiēs.

Et tūc spiritaliter agitur, quod dictū est, quia dum D
ipse castellū hoc ingrederetur, occurrerunt ei de-
cē viri leprosi. Nam inuenit eos contra se tenden-
tes, id est, via sibi contraria gradientes, dum illi fo
ras & ipse tendit intus, atque sistit eos & stare fa-
cit atque cessare, ne pergant vlterius in via peruer
sa. Steterunt enim, & steterunt à longe, quia non
statim potuerūt ei propinquare, sed procul stantes
versi sunt ad præces & magno cordis clamore di-
xerunt: Iesu præceptor, miserere nostri. Nam intel
lexerūt eū esse saluatorem qui peccatorū morbos
omnes sanare possit, & se miseros ob hoc esse fa-
ctos agnouerūt: quia præceptis cōtraria fecerant,
ideoq; Iesum, id est, saluatorē vocabant eū & præ-
ceptorem, quē vt sui misereretur orabāt. Quos vt
intuitu clemētiæ vidit, dixit: Ite ostendite vos sa-
cerdotibus, id est, per humilē oris confessionē, sa-
E cerdotibus veraciter manifestate, omnes interio-
ris lepræ vestrę maculas, vt mundari possitis, &
quod rogabāt factū est eis dū irent ad sacerdotes,
quia scilicet mūdati sunt, quoniā peccatores licet
graui criminū lepra sint fœdati, euntes tamē ad cō
fitendū, purgantur in ipsa cōfessione propter pœ- *Confessio-*
nitentiā quam acturi sunt. Dū irent mūdati sunt, *nis sacra-*
quia ex quo iter hoc intrant incipiūt operari iusti *mentalis ef-*
tiā, & iustitię operatio est eorū mundatio. Dū irēt *ficatia.*
mundati sunt, quia ex quotendētes ad confessionē
& pœnitentiā, tota deliberatiōe mētis peccata sua
dānant & deserunt liberantur ab eis in conspectu
interni inspectoris. Vnde & p prophetā dominus *Ezec. 33. o*
ipse testatur, quia impietas impij non nocebit ei,
in quacunq; die cōuersus fuerit ab impietate sua.
Peruenienduū tamē est ad sacerdotes, & ab eis quę- *Sacerdoti-*
rēda solutio, vt qui iā coram deo sunt mūdati, sa- *bus confi-*
cerdotū iudicio etiā hominibus ostendātur mun- *tendum.*
di. Sequitur: Vnus autē ex illis, vt vidit quia mun-
datus est, regressus est cū magna voce magnificās
deū. Vnus iste designat vnū in bono perseuerantē
affectū eorū, qui postq̄ pœnitēdo veniā adepti fūt
pmanent in humilitate & gratiarū actione. Quod
enim dicitur vnus intelligendū est, nō diuersis iā
se volūtatibus variās, sed in vna deo placēdi volū
tate perdurās. Nā & oēs electi propter hāc bonita-
tis vnanimitatē, non solū vnū sed etiā vnus rectè
dici possunt, sicut indicat apostolus, vbi de omni- F
bus qui sunt in ecclesia bonis & malis, mysticè lo
quitur. Oēs quidē currūt, sed vnus accipit brauiū. *1. Cor. 9. d*
Oēs enim Christiani & boni & mali, p modo suo
quisq; currūt ad brauiū, sed vn⁹ qui legitimè cur-
rit. i. vnitas electorū pcipit illud, sicut & oēs hi le-
prosi mūdati sunt, sed vnus egit gratias. Vn⁹ itaq;
cū vidisset qđ à criminū lepra mūdatus esset, rediit
ad mūdatorē grates ei referēs, & se magis illi humi
liās & deuotior existens ac semp ei placere studēs.
Nā hic vnus, vt dictū est, eos qui sic agūt designat.
Noluit ingratus iam esse, sed regressus est cū ma-
gna voce, magnificās deum. Rectè cum magna vo
ce, quia magna dei beneficia se percepisse gratu-
labatur. Magna voce, deuota potius quā clamo-
sa debemus intelligere. Non enim exigua vocis
deuotione deum magnificare cupiebat, qui se